



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

# **Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab Anno Christi 1312 Usque Ad Annum 1351

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1767**

**VD18 9011826X**

§. 27. Indignæ res in Cypro.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66305](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66305)



**Sæcul. XIV.** cium sibi adsciverat. Verum hic anno  
**A.C. 1326.** 1320 supremum vitæ diem egerat, relin-  
**Gregoras** quens filium nomine Andronicum instar  
**lib. 8. c. 1. n. 3.** avi: qui eum 2 Febr. an. 1325 Impera-  
**c. 14.** torem coronari per Patriarcham Isaiam  
**Cantacuz.** curavit. Patriarcha Gerasimus letum  
**l. 1. c. 41.** oppetierat 19 Apr. an. 1321, cum sedem  
**Sup. lib. 92.** tenuisset anno uno circiter: & post tres  
**§. 47.** fere annos vacationis Imperator illi suc-  
**Greg. l. 8. c. 6** cedere jussit montis Athonis Monachum  
**n. 7. c. 12.** annos septuaginta & amplius natum, qui  
 nihil habebat ad Episcopi dignitatem ap-  
 positum, & vix litteras copulare noverat.  
 Imperatori placuit ob magnam simplici-  
 tatem suam etsi complurium, quos multi  
 testabantur, errorum accusatus, & ideo  
 pridem exclusus sacris ordinibus. Isaiam  
 se dicebat, & ad sedem Constantinopoli-  
 tanam ascendit 30 Nov. 1323.

## §. XXVII.

*Indignæ res in Cypro.*

**Rayn. 1326.** Interim Papa de corrupta in Cypro reli-  
**n. 28.** gione edoctus hac super re scripsit ad  
**Sup. lib. 92.** Raymundum Hierosolymitanum Patriar-  
**§. 7.** cham Latinum. Petrus Planocassagnius  
**Gall. Chr.** Episcopus Rhodi, & Hierosolymæ Pa-  
**no. p. 216.** triarcha honorarius obierat 6 Febr. 1318.  
**Rayn. 1322.** Electum successorem Petrum Nicosiæ  
**n. 46.** urbis in Cypro principis Canonicum Pa-  
 pa 19 Junii anno 1322 confirmaverat.  
 Sed



Sed hoc altero Petro post biennium mor- Sæcul. XIV.  
A.C. 1326.  
tuo Papa Raymundo ex Ordine Prædi-  
catorum anno 1324 Patriarchæ Hiero-  
solymitani titulum, &, unde viveret, ad- Id. 1326. n. 44  
ministrationem Ecclesiæ Nicosinæ detu-  
lit. Hic proin Raymundus erat, cui scrip-  
psit in hanc sententiam.

In regno Cyprio, ut comperimus, dantur Nestoriani, & Jacobitæ, habentque templa peculiaria, ubi errores publice docent suos. Præterea quidam Græcorum, qui maximum incolarum regni numerum conficiunt, negant flammæ piaculares, & inferos; fingunt Sanctos in coelum non recipi ante iudicium universale, sed interea in loco certo quiescere nulli ærumnæ obnoxios: idemque de improbis affirmant. Alii Græci SS. Eucharistiam non suscipiunt nisi Constanti-  
poli ad se delatam; & aliqui jumentis sanandis ingerunt. Hæc omnia ut corrigere studeas, mandamus. Dabat 1 Oct. 1326: & scribebat simul Hugoni Cypriorum Regi, ut Patriarchæ hac in re operam suam jungeret. Cæterum, quæ de augustissima Eucharistia Constantinopoli in Cyprum allata memorat, attinent ad Viaticum ægrorum, quod Græci toto asservant anno.